Filipowicz Stanisl. Joan: Quaestio theologica de gratia habituali sanctificante.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO THEOLOGICA, DE GRATIA HABITUALI SANCTIFICANTE,

Ex 1ma 2dæ Quæst: 110. & sequentibus Quatuor Summæ Theologicæ D. THOMÆ Aquinatis, Angelici Ecclesiæ Doctoris;

PER

M. STANISLAUM JOANNEM PHILIPPOWIC,

Sacræ Theologiæ Professorem, Collegam Majorem, Ecclesiæ Collegiatæ S. FLORIANI ad Cracoviam Decanum.



DESUMPTA,

Pro obtinenda in Sacra Theologia Doctoratûs Licentiâ publicè ad disputandum

In Majoris Collegij Universitatis Cracoviensis Lectoriô Clarissimorum DD. Theologorum,

Annô Gratiæ Substantialis, CHRISTUM Hominem à primo illius esse DEIficantis, M.DCCXLVI. Die 23. 7bris. Horis Antemerid:

PROPOSITA.

CRACOVIÆ Typis UNIVERSITATIS.

p.

GRATIARUM AUTHORI
DEO
TER OPTIMO MAXIMO.



B. IOANNES CANTIUS *Polonus, SS. Thiæ, in Universitate Cracoviensi Doctor, et Professor, Presbyter Secularis, Miraculis Clarus.*

Paulus Iędrzeiowski sc. Zamoscy

D. D. D. D.

QUÆSTIO

U. Gratia Habitualis Sanctificans, ad cognoſcendas veritates ordinis naturalis, tã ſpeculativas, quàm practicas, homini non in ſtatu viæ connaturali vel poſſibili conſtituto; ſed ad ſupernaturalẽ elevato, per accidens; ad veritates autem ordinis ſupernaturalis, per ſe ſimpliciter neceſſaria; ſit Phyſica & formalis naturæ Divinæ participatio; conſtituatq; ſeipsâ hominem Filium DEI adoptivum, & ſubjectũ capax meriti in vitam æternã conducentis? nec ne?

CONCLUSIO I.

Gratia habitualis ſanctificans, ad cognoſcendas veritates ordinis naturalis, homini in ſtatu viæ connaturali vel poſſibili conſtituto non eſt neceſſaria.

COROLLARIA.

I. *Homo lapſus, & in puris naturalibus conſtitutus, veritates ordinis naturalis, non solùm ſpeculativas, ſed etiam practicas, non ſolùm ſinè gratia ſanctificante habituali vel actuali, prævenıente, præmovente, auxiliante. cooperante vel ſubſequente, ſed etiam ſinè ſpeciali auxilio DEI ordinis naturalis, poteſt cognoſcere; non tamen collectivè ſumptas*

II. *In ſtatu Naturæ Integræ, homo ſi fuiſſet conſtitutus, quamvis etiam non potuiſſet omnes & ſingulas veritates naturales, tam ſpeculativas, quàm practicas, quæ ad Philoſophiam moralem pertinent, ſimul cognoſcere; potuiſſet tamen eas, quæ ad prudentiam ſpectant, & quæ ordinantur ad operis executionem.*

III. *In ſtatu Innocentiæ, licèt homines potuiſſent plurium ſcientiam conſequi, & faciliùs ac breviori tempore, quàm in ſtatu naturæ lapſæ & vel integræ, non tamen omnium collectivè,*

IV. *Etiam homo in ſtatu naturæ per gratiam ſanctificantem reparatæ, non habet potentiam moraliter expeditam, ad prædictam veritatum naturalium cognitionem attingendam.*

V. *Gratia, quæ ad totam collectionem veritatum naturalium attingendam eſt neceſſaria, non eſt, nec dici debet ſupernaturalis entitativè ſeu quò ad ſubſtantiam, bene tamen quò ad modum.*

CONCLUSIO II.

Homini lapſo, ad ſtatum ſupernaturalem elevato, Gratia Sanctificans habitualis, ad veritates aliquas ordinis naturalis cognoſcendas, eſt per accidens; ad veritates autem ordinis ſupernaturalis, eſt per ſe ſimpliciter neceſſaria.

COROLLARIA.

I. *Homo in ſtatu naturæ lapſæ conſtitutus, poteſt non ſolùm ſinè Gratia ſanctificante, ſed etiam ſinè auxilio ordinis naturalis, cum ſolo concurſu generali DEI, aliqua opera honeſta moralia non ſolùm cognoſcere, ſed etiam velle & facere.*

II. *Aſſerere, nullum opus morale honeſtum poſſe fieri ſinè Gratia ſanctificante, ita ut quæcunq; fiunt à peccatoribus antequam juſtificentur, ſint peccata; eſt contra Fidem.*

III. *Similiter aſſerere, nullum opus bonum poſſe fieri ſinè Charitate, hoc eſt, niſi referatur in DEUM propter ſe dilectum; eſt tenere dogma erroneum, ab Eccleſia DEI damnatum.*

IV. *Quamvis homo lapſus, & in puris naturalibus conſtitutus, cum ſolo ſpeciali auxilio DEI ordinis naturalis, poſſit diligere DEUM ut Authorem naturæ dilectione efficari; non tamen ad ſtatum Supernaturalem elevatus.*

V. *Homini, in ſtatu naturæ lapſæ conſtituto, ad obſervantiam totius legis naturæ, neceſſaria eſt gratia habitualis, ſaltim quòad modum ſupernaturalis, non ſolùm conſequenter & ex parte termini, ſed etiam antecedenter & ex parte principij; & præter illam neceſſaria eſt gratia ſpecialis ordinis naturalis: ſuppoſita autem elevatione talis hominis ad ordinem ſupernaturalem, talis gratia entitativè ſupernaturalis, eidem per accidens eſt neceſſaria.*

CONCLUSIO III.

Gratia ſanctificans habitualis eſt phyſica & formalis Naturæ Divinæ participatio.

COROLLARIA.

I. *Gratia ſanctificans habitualis, eſt donum DEI ſupernaturale, & entitativè, & quò ad modum; eſtq́ homini intrinſecum, ſpecie immultiplicabile, etiam per abſolutam DEI potentiam.*

II. *Quamvis Gratia habitualis ſecundùm D. Th: 3. p. q. 62. ar. 2. habeat ſe ad Gratiam primam & ſecundam, ad Gratiam Sacramentalem & extra Sacramentalem, tanquam genus ad ſpecies, re verâ tamen eſt una ſpecie atomâ.*

III. *Gratia ſanctificans habitualis ſubjectatur immediatè in anima, non verò in intellectu & voluntate. Idem, de actuali, præveniente, præmovente, auxiliante, cooperantè, ſubſequente efficaci & inefficaci, dicendum.*

IV. *Gratia ſanctificans habitualis eſt radix omnium virtutum ſupernaturalium; non ſolùm Theologicarum, quales ſunt Fides, Spes & Charitas, ſed etiam aliarum per ſe Infuſarum Moralium, quales ſunt quatuor Cardinales Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo & Temperantia, & aliæ quæ Cardinalium imitantur naturam, eisdemq́ Subijciuntur, & vocantur Cardinalium partes aut Subjectivæ, aut Integrales aut Potentiales; non tamen per accidens Infuſarum, quales ſunt eædem ipſæ virtutes Cardinales & morales in ordine naturali ſpectatæ.*

V. *Gratia Habitualis Sanctificans, eſt Phyſica & formalis naturæ Divinæ participatio etiam formaliter & reduplicativè ut infinita eſt, etiam ut actus purus eſt, etiam ut habet plenitudinem eſſendi; ſed nonniſi ſecundariò.*

CON-

CONCLUSIO IV.

Gratia ſanctificans habitualis, ſeipsâ conſtituit hominem Filium DEI adoptivum & ſubjectum capax meriti, in vitam æternam conducentis.

COROLLARIA.

I. *Implicat aliquem eſſe Filium DEI adoptivum & non eſſe in gratia.*


II. *Neq; Divinitas Spiritûs Sancti extrinſecè nobis aſſiſtens; neq; habitus Charitatis; ſed ſola Gratia habitualis ſanctificans eſt cauſa Iuſtificationis noſtræ (ut loquitur Tridentinum) conſequenter Filiationis DEI adoptivæ.*

III. *Quamvis ſola Gratia ſanctificans habitualis, ſeipsâ conſtituat hominem Filium DEI adoptivum; nihilominus ex parte hominis adulti requiruntur motus liberi arbitrij, qui ſunt diſpoſitiones Phyſicæ ad Gratiam; in parvulis autem ſufficiunt virtutes Supernaturales Infuſæ, quæ Gratiam habitualem ſanctificantem ſemper concomitantur, & ad eandem ultimò diſponunt.*

IV. *Ad meritum de condigno, non requiritur promiſſio ſeu ordinatio DEI extrinſeca, tanquam ratio formalis, meritum in ſua ratione formali conſtituens, ſed ſufficit intrinſeca; quæ includitur in voluntate DEI, dandi Gratiam ut principium meriti.*

V. *Infuſio Gratiæ habitualis ſupernaturalis ſanctificantis, eſt ordinatio ſubjecti in vitam æternam, vel ſolùm ut hæreditatem, quatenus collatio Gratiæ eſt abſolutè; vel etiam inſuper ut præmium, mercedem & coronam, quatenus eſt collatio Gratiæ ut principij meriti.*

HINC ILLI
Qui est merces, præmium & Corona Justorum,
Laus, Honor, Virtus, & Gloria & Gratiarum Actio.




Permissu

Magnifici Perillustris & Reverendissimi Domini

D. M. JOANNIS LUKINI,

U. J. DOCTORIS & PROFESSORIS, Collegij Juridici SENIORIS PATRIS, Ecclesiarũ Cathedralis Cracoviensis CANONICI, Collegiatarum Visliciensis PRIMICERIJ, SS. OO. Crac: CANCELLARIJ, Sławkoviensis PRÆPOSITI, Contubernij Regio-Jagelloniani PROVISORIS, Studij Generalis Universitatis Cracoviensis

RECTORIS.







IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO

...LO...

D... AH... I

...FIC...

Ex m... ...ntibus ...

D.T... Ange...

...ER

M... NI... I

...IN...

P... P... R

Sacr... oteſſ...

M... Col...

...covia...

...M...





Proo... eologi...

...putand...

In Ma... itatis ...

...D. T...

Annô ... ISTU...

eſſe I... 71. Die...

PROPOSITA.

CRACOVIÆ Typis UNIVERSITATIS.

p.